

QK.346,43.

10.

X 1876679

II i

1289

DISPUTATIO XVIII.
COLLEGII THEOLOGICI
Studioſæ juventutis ad
Tumulacionem
SEXTRUM APERTI.
DE
IUSTIFICATIONE.

In qua ſu x̄ eſā

Praſide

CHRISTOPHORO PELARGO
SS. Theolog. Doctore & Generali totius
Marchiaꝝ Superintendeſte

pro viribus reſpondebat

SAMUEL HENTZNER
Sternbergensis Moravus.

ANNO

CID ID CIII.



Ex Typographeo Voltziano.

17

Reverendis, Clarissimis, Humanissimis
Doctissimisq; Viris.

MELCHIORI ECCARDO
Pastori Olsnensium vigilantissimo, eiusdemq;
Ducatus Superintendenti dignissimo
fidelissimoq;

Iuxta I Mq:
DN: TOBIÆ FABRO

Sternbergensis Ecclesiæ Concionatori vigilantissimo,
eiusdemq; dioecesis Inspectori dignissi-
mo fidelissimoq;

NEC NON.

DN. IACOBO NEIBERO

Ecclesiæ DEI apud Curienses in Moraviâ vigilantissimo
& in Baronatu Sternbergensi Seniori dignissi-
mo & fidelissimo.

Dominis Adfinibus, Mæcænatibus & Fautoribus suis
nullo non Reverentie & debitæ observantiae
cultu venerandis.

ET pomum Regi oblatum quandoq; colonum,
unda cavâ agricolam juvit & hausta manu.


Quid levius chartâ? chartam tamen offero vobis,
Non donum ast mentem cernite quæso meam.

Es verum fateor: vobis ego multa Patronis
Debeo, sed me sors indiga versat opis.

Si tamen hic mentem non dona videbitis, illa
Maxima erunt vobis dona: valete diu.

Samuel Hentzner

Respondens.



Humanissimo Doctissimoq;

D.N.

SAMUELI HENTZNERO

in Sacris disputanti.

TE quoq; cura tenet curanda, HENTZNERE, sui qvem
Particulâ melior ventilat aura D E I;
Cura omni curanda pio, curare salutem;
Vel petere è Biblicâ voce salutis opes.
Hinc sacra sub MAGNO dissertas jussa PELARGO
O, qvem nulla satis prædicet ora, Viro!
Malle, hoc ad Genium sapere est recti q; boni q;
Curat & hanc curam provida cura D E I.
Suo delicio mittebat raptim Lubenâ
Melchior Agricola SiL:
P. L. Cæl.

ALIU D.

Ad pluteos quicunq; sedet sudatq; PELARGI:
Ille mihi felix ille beatus homo est.
Ille quod exoptat, capit hic quod captat, id omne,
Proprietate bonū est pro bonitate pium. (dit:
Ille quod hic audit stupet, ac stupet omne quod au-
Omnia rara videt singula rara videt.
Ad pluteos, replico, sidens sudansq; PELArgi
Est mihi sat felix satq; beatus homo.
Euge:

Euge beatificos HENTZNERE secute labores

Exulta exultim prosperitate tua.

Exulta ob sortem qua Te cum laude sub isto

Præside dat sacros differuisse logos.

Fabor vera, satis Te prodiga Pallas honestat,

Et satis eximio Phœbus honore beat.

Restat ut acceptes Pietatis præmia, restat

Ut subeas fausto fana sacrata pede.

Fallor, an adpronat Pietas Tibi se alma, suasq;

Spondet opes, immò spondet & addit opes.

Scr. amico oppido quam dilecto

Ianus Güntherus Olsnensis SiL.

ALIUD.

Impetas est summa pios contemnere nisus;

Et nisus pietas est celebrare pios.

Impius est HENTZNERE tuos contemnere nisus;

Et pius est illos quem celebrare iuvat.

Esse pios quos nunc agitas animo mare nisus

Qui pius est prorsus non dubitare potest.

Ergo pium ergo pium est me clara dicere voce,

HENTZNERUS genio cultus & arte vir est.

HENTZNERUM Pietas Pietatem HENTZNERUS amare

Pergat, Amor quantas hic cumulabit opes!

Scr. Amico & Fratri carissimo

Martinus Schimbarsky

Plesnensis SiL.

DISPUTATIO XVIII.
DE
IUSTIFICATIONE.
Respondente
SAMUELE HENTZNER
Sternberg. Morav.

THESIS I.



On immerito existimaverimus Iohannem à Daventria Monachum, Articulum de Iustificatione præcipuum duxisse dissensionem, schismatum, errorumq; in mundo caussam: non quod per se talis sit: sed quia cùm Pontificij, tùm omnium seculorum iustitiarij, & Pharisei híc omnium maximè impingunt, híc atros tenebrarum pulveres veritatis clarissimæ Soli obiciunt, nec magis alibi quam in hoc articulo errant, nec minus quam híc Scripturæ cedunt, nec difficultius quam in hanc se protrahi finunt arenam, nec libenter diexodos quærunt & diverticula quam in hac controvèrsiâ.

II.

Contra Lutherum illum Megalandrum, vel potius Theandrum rectissime testamur asseverasse: quod oporteat hunc Articulum quam diligentissime tractari, & Satanæ opponi a nobis, sive si nus infantes, sive eloquentes, sive docti, sive indocti: Oportere enim hanc petram clamari, si omnis homo raccat, ab ipsis peccatis seu lapidibus, tom. 4. Ien. Lat. p. 2.

bivo

A

Quia

III.

Quia autem non tam de causa efficiente Iustificationis nostrae, quam Deum ipsum ex Apostolo, esse constat Rom 8. nec tam de promerente, CHRISTO Mediatore unico: quamquam adversarij plures etiam hic agnoscunt: nec materiali, sive Christi lumen: nec finali, salute hominum, & DEI gloria: quam de formali & instrumentalis omnis adhuc gliscit inter nos & Pontificios contentio: Primarius hic erit disputationis nostrae scopus: ut quæ forma, quod item instrumentum sit Iustificationis, tribus verbis proferamus.

IV.

Papicole justitiam quandam statuunt inherentem, & insuffisam qualitatem: quod ex Sanderi, Bellarmini aliorumque patet libris: & instrumenti nomine non fidem intelligunt: sed opera: quæ ipsa tamen dum meritoria esse volunt, cum efficiente confundunt: & certè plus decies, quemadmodum doctissimus observavit Chemnicius, caussas & causam ipsam omnem communarunt: ne quis quilibet attinet gam ceteras de corrupta verbi taliter significandi vocabulorum fidei, gratiae, & similium significatione.

V.

Nos ex sacris literis postquam genuinum verbi & vocabulorum sensum comprehendimus, formalem caussam pronunciamus nullam aliam, quam gratuitam peccatorum remissionem & imputationem Iustitiae CHRISTI ex Psal: 32. Rom. 4. fidemque solam ως ὁ γαλλος λόγιος, absque operibus, requiri statuimus.

VI.

Nec arduum nobis tunc falsam adversariorum opinionem convellere: tunc nostram confirmare. Nusquam enim in scripturis inherenti Iustitiae, aut habitui alicui infuso salutem tribui aeternam: at contra merito CHRISTI nobis imputato, aut fiduci etiam CHRISTI meritum sibi applicanti eam omnem vindicari legimus.

Quid

VII.

Quid enim Scriptura dicit: Credidit Abraham DEO, & imputatum est ei pro Iustitia. Rom. 4. v. 3. ex 15. Genes. v. 6. Ei vero, qui non operatur, sed credit in eum, qui justificat impium, imputatur fides sua pro iustitia. v. 5. Sicut etiam David narrat beatitatem hominis, cui Deus imputat iustitiam, absque operibus. v. 6.

VIII.

Vides formam Iustificationis non ponи inherentem ali quam iustitiam: nec μεταβολή ullam, & motum alterationis, quo per fugam mali, studiumque boni acquisita sit iustitia; sed imputatam, quatenus imputatur.

IX.

Imputare nobis idem est quod decernere, censere, numerare, acceptum ferre: sicut ista acceptance verbum בְשַׁת sive τὸ λόγιζεσθαι usurpatū legas Gen. 50. v. 10. 2. Sam. 19. v. 10. Rom. 5. v. 13. Roman. 8. v. 36. 9. v. 8. Marci 15. v. 28. 2. Timoth. 4. v. 16.

X.

Cumque imputari aliquid dicatur alicui vel realiter, ut quantum debet re ipsa datur vel numeratur, quod in rationes admittitur, v. g. cum debitor re ipsa creditori pecuniam exsolvit, & hoc ita ipsi imputatur, quod se ipsa liberarit debitor: vel gratuito: cum pro soluto habetur quod debebatur & liberatur debitor per acceptationem: veluti Oeconomus ille iniqvis debitores Domini sui liberata à portione pensionis certæ, quantum integrum non persoluissent sommam. Luc. 16. v. 6. Nobis in hoc articulo gratis vel gratuitò imputari iustitiam docemus.

XI.

Cum enim nec quadrans nobis suppetat ad solutionem decem talentorum certum est, à nobis DEO nihil quicquam personi posse: nisi quod fidem pro nobis interposuit CHRISTUS, idemque pro nobis omne exsolvit debitum, ita ut nobis omnis iudicio accepta feratur.

A 2

Vnde

XII.

Vnde dicitur animam suam dare λύγον pro multis. Matth. 20. v. 28. & factus esse peccatum ut nos in eo fieremus Iustitia 2. Cor. 5. v. 21. nempē EX IMPUTATIONE, quemadmodum exposuit D. Augustinus in Enchiridio ad Laurent. c. 41. cuius hic etiam Aphorismus: nostra delicta sua CHRISTUS delicta fecit, ut suam Iustitiam, nostram Iustitiam ficeret.

XIII.

Interim tamen justificatio nostra, minime est τὸ ὄν Φαντασίας neç⁹ fictio juris, ut nugantur adversarij, non enim nuda solum cogitatione imputatur nobis, sed efficaci quadam relatione seu applicatione nobis per fidem verè tribuitur & decernitur, ita, ut cum reis simus, absolvamur tamen verè ab omni reatu propter imputatam vel efficaciter applicatam nobis fidei iussoris nostri solutionem.

XIV.

Immō ne Scholis quidem ignotum illud: relationem esse rem minimæ Entitatis, sed maximæ efficacitatis. Et damnationem constat esse relationem, hoc est, ordinationem efficacem judicis supremi ad æternas poenas: quis tamen pro ociosa cogitatione, quis tam pro fictione quadam juris habeat.

XV.

Qvod si absurdè alienâ quis vitâ dicitur vivere; non absurdum tamen fuerit alienâ nos justos esse Iustitiâ: quæ licet in CHRISTO tanquam alieno subjecto & extra nos considerata, verè aliena creditur: nostra tamen est per eam, quam diximus imputationem, & simul κοινωνίας capitis CHRISTI cum membris suis. Caput enim & membrū sunt quasi una persona mystica: & ideo satisfactio CHRISTI ad omnes fideles pertinet, sicut ad sua membra: ut verissimè pronunciatum à Thoma Aquinato p. 3. q. 48. art. 2. & quæst. 49. art. 1.

Nec



XVI.

Nec incognita fuit ὁρθότελογία nostra patribus. Ita enim Augustinus t. 5. de Spiritu & lit. c. 8. quid est aliud Iustificati, quam Iusti facti, per eum, qui justificat impium, ut ex impiis fiat Iustus. aut certè ita dictum est: Iustificabuntur, ac si diceret, Iusti habebuntur, Iusti deputabuntur: In Psal. 118. In via fidei pro non peccatoribus habentur, quibus peccata non imputantur. Et Psal. 31. tantum credidero in DEUM, deputabitur mihi ad Iustitiam. Hieronym. in cundem Psal. quod regitur non videtur: quod non videtur, non imputatur: quod non imputatur, non punietur: Bernhard. de Sepulch. ad milites templi: Mors in CHRISTI morte fugatur, & CHRISTI justitia nobis imputatur.

XVII.

Iam si de Instrumentali cupias edoceri ὄργανον θεόσποτον sola fides est: Colligimus enim, inquit Apostolus Rom. 3. v. 28. FIDEI justificari hominem absq[ue] operibus legis. Sic alibi fide Galat. 2. v. 6. per fidem Eph. 2. v. 8. Ex fide Roman. 3. v. 28. Iustificari nōs ait: nunquam tamen propter fidem: & FIDEI, non quatenus opus sive nostrum, sive DEI in nobis, sed quatenus CHRISTI includit meritum; sive, ut in scholis vulgo loquuntur, non absolute, sed relatè.

XVIII.

Vnde & exclusiva utimur, ut constet promissionem salutis non pendere ex ullius dignitate sive merito: non quod gratia auctoritatis misericordia DEI justificantis, non quod meritum CHRISTI, quod nobis ad Iustitiam imputatur, sed quod nostrae saltem qualitates, nostra & Sanctorum opera removenda sint: Non Ceremonialia, non moralia tantum ex puris naturalibus extra CHRISTI gratiam profecta, sed & Spiritualia sive gratiae, quae à fide proveniant: quemadmodum Paulus diserte & ἀπόλωλς χωρὶς ἐργων ὑπέκει, absq[ue] operibus nos justificari tradit. Rom. 4. v. 6.

A 3

Sophisma

XIX.

Sophisma ergo Papistarum; nos non nostris at Gratiae operibus justificari: sive non proprijs, sed ijs operibus credentes eam D E O justificari & salvari: quæ in nobis gratia D E I & S. S. est operatus. Concil. Trident. Sels. 6. c. 10. & 11. Bellarmin. c. 3. p. 1205. Cens. col. p. 150. facile hinc animadvertis & confutari potest. Qui enim nullis, ille nec gratiae operibus, quippe nec præcedentibus, sed subsequentibus demum justificari nos pronunciat. Et quomodo effectum prius erit causa sua?

XX.

Si credis fidei, ait D. Chrysostomus homil. 13. in Epist ad Tit. c. 2. Cur alia infers quasi fides justificare non sufficiat sola & quid te ipsum spontaneæ subiçis servituti, & legis iugo collum submittis? non fidis gratiae. p. 1709. εἰ γὰρ πιστεῖς τῇ πίστῃ, τὸ σπέρμα ἐπιπούγεις ὡς οὐκ δέκετος τῆς πιστεως δικαιώματι. καταδελλᾶς ἐστὸν καὶ ταῦθα μεις τῷ νόμῳ & δικαιοῖς τῇ χάριτι: vel iuxta aliam lectionem τῷ πειρυματι. Os.

Cetera ex libello nostro: quibus πιστεύματι
loco subjicimus quæstio-
nem.

I.

Cum Paulus dixerit, Rom. 2. v. 13.
Factores Legis iustificabuntur, num quis
Iustitia

Justitia legali fuerit unquam iustificatus? N.

2.

*Quomodo accipienda hæc Augustini
verba: ut vulgò citantur: Justitia sancto-
rum in hoc mundo magis peccatorum remis-
sione constat, quam perfectione virtutum?
Expl.*

3.

*Num vera fides alia sit informis, alia
format?
N.*

4.

*Sit ne fides implicita vera fides?
N.*

5.

*An justificatio sit actus individuus
et simul totus?
A.*

6.

*An semel tantum contingat?
Aff.*

An homo

AKT III / 1889

7.

An homo ad Justificationem sui UL-
LO modo se preparare queat ac dispone:
re: N.

8.

An Iustificatio alia sit prima, alia se-
cunda: N.

9.

Num D E u S gratis remittat peccata
cum propria satisfactionem & compensatio:
nem remittat: Aff.

10.

Num tantum electi justificati: Aff.



DISPU,
onod nlo

nc

1607



nis, Humanissimis
viris.

ECCARDO
antissimo, eiusdemq;
enti dignissimo
oꝝ;

Mq;
FABRO
ionatori vigilantissimo,
nspectori dignis
moꝝ;
ON

NEIBERO

in Moraviâ vigilantissimo
ensi Seniori dignissi
ssimo
tibus & Fautoribus suis
debitæ observantiae
indis.

andoḡ colonum,
iuvit & hausta manu.
tamen offero vobis,
cernite qvæso meam.
multa Patronis
q̄a versat opis.
videbitis, illa
na: valete diu.

Samuel Hentzner
Respondens.

